



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 11. Trium puerorum Fortunæ authorem Deum agnoscentium generosa  
patientia & fructus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

§. XIV.

*Trium puerorum Fortuna authorem Deum agnoscentium generosa patientia, & fructus.*

Ex quo facto intelligimus, tres pueros, **Sapientia**  
*tanquam aurum in fornace probatos, liberari* 3. 6.  
sanè potuisse, ne in fornacem proijcerentur, sed illis ipsis magis profuisse, vt eorum innocentiam, diuinæ potentiaë miraculo ignis illustraret. Quod sanè factum non fuisset, nisi credidissent, esse, qui & permittere talia soleret, & eripere, quos vellet, posset. **Dan. 3.**  
*Ecce, aiunt, Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & 17.*  
*de manibus tuis, ô rex, liberare. Quasi dicerent, eiusdem est, mortificare, & viuificare, 1. Reg. 20.*  
*deducere ad inferos, & reducere. Quod autem, non Casui, non Fortuna, non Fato suo Dan. 3.*  
eam tam lugubrem scenam ascripserint, sed 26.  
Deo, ad quem oratione sua confugerunt, audi Azariam, in medijs flammaram incendijs, orantem: *Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & gloriosum nomen tuum in secula: quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & via tua recta, & omnia iudicia tua vera. Quæ fecisti nobis, ait. Deum ergo fecisse dicit: &*  
L 2 rectè

rectè, & iustè fecisse agnoscit; hinc non tantùm nullæ querelæ extiterunt; sed ad orationem ventum est; immo & ad laudes & ad gratiarum actionem. Qui enim cognitum habent, nihil sine Deo, contingere, omniâque, quæ à Deo veniunt, recta esse, Deum in rebus omnibus laudant. Hinc illud Psal. 118. est Dauidis: *Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.* Quare, quisquis Casus aduersos, *Iustificationes Dei* esse credit, non solùm non fit impatiens, sed etiam orationibus, & hymnis gratias agendas arbitratur, atque inter ipsos fluctus, inter leones, inter ignes; in mari, in cæto, in lacu, in fornace accensa, cantat.

## CAPUT VIII.

*Casuum à Deo immissorum complures utilitates spirituales.*

## §. I.

*Alia paterni amoris signa esse in filiis seculi alia in filiis Dei.*

2. Reg.  
16. 10.



2. R g. 16.  
10.

*S*I, Domino maledicorum linguis, aut calumnijs impiorum vso, serui prohi vox est: *Quis est, qui audet at dicere, quare sic fecerit?* quantò magis filius excipiet læta mente, quod à patre a-

man-